

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369547365

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365|LOG_0097

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

Phyllitis Amboinica. Sajor radja nute.

Phyllitis elegantes quasdam species exhibet in hisce regionibus, uti & cuncta Filicum genera luxuriosa magis & majora sunt in Indicis desertis, quam in Europa. Phyllitis binas observavi varietates, quæ mihi dicuntur *Phyllitis arborea* & *terrestris*.

Primo. *Phyllitis arborea*, tenui ac repente radice dependet ex arborum corticibus muscosis. Aliquando hujus tria quatuorve folia sibi juncta sunt, aliquando solitaria ac fere sessilia, ita ut nil nisi sola exhibeat folia, quodvis autem plerumque tres quatuorve pedes longum est, sex & septem pollices latum, in obtusum desinens apicem, in medio seu ad superiorem partem latissimum, a radice angusto principio secesim dilatans & extendens, ad oras non dentatum, sed sursum varios format sinus & arcus, uti & quædam observantur ad apices in rotundas lacinias distincta, firma porro instar corii tensi, late virentia, glabra, & splendentia, per medium crassissimus decurrit nervus, nigricans, & ab utraque protuberans parte, qui folium extensem sustinet, tenera autem folia circa apices flaccida sunt, albicania, saporemque habent oleraceum.

Hæc folia aliquando monstrosa sunt magnitudinis, sex octo pedes longa, spithamam lata, paucis ad oras sinibus, quæ plerumque simplicia dependent, formam referentia magnarum Helveticarum rhombphaearum. Nullas gerunt laterales costas, sed subtiles, densas, & parallelas venulas, transversaliter ex medio nervo ortum ducentes, sed quæ non in oras excurrunt, subtus autem prope ortum parum intricatae & circinosa sunt, ubi & nigricant. Vetusta folia circa apices subtus juxta venulas ruffas & arenosas habent strias, quæ abradi possunt.

Radix non ulterius proreptit, quam folia sece extundunt, nam extra superius folium frustulum adparat semi digiti longitudinis, quod eminet & bifidum est, paulo crassius penna, illi *Dryopteris* simile, interne ex viridi albicans, paucis pertextum venulis nigris. Radix vero fragilior est, & dulciorem habet saporem, cum illo *Polypodiis* convenientem, firmior quoque arboribus adhæret, & interstitia inter folia adeo fibrillis & Musco obducta sunt, ut hæc radix dignosci nequeat. Fibrillæ autem ejus ruffæ sunt, ac breves gerunt apices instar *Musci* vel *Ericæ*.

Secundo. *Phyllitis terrestris* forma haud multum differt a priore, ejus enim folia sessilia fere etiam proveniunt, quinque sexve pedes longa, binas transversales palmas lata, quædam integra, quædam in rotundas lacinias distincta, hæc autem non habet radicem repente, in orbem enim excrescit, seu fasciculum format instar caulis *Brassicæ*, in centro enim ejus apertura est, e qua eminet capitulum muscosum, ex simplici fere musco seu fibrillis compositum, excepto quod in medio aliquid herbaceum adpareat, quod durum est, & nigris characteribus notatum, ac porro innumeris simplicibus fibrillis terræ infixæ, hæc enim species non in arboribus reperitur, sed sub iis in solo & in planis silvis.

Quum vero in quibusdam arboribus similes quoque observaverim conlectiones, hinc concludere quis posset, ex arboribus deciduam, & terre inradicatum, quod tamen non ita facile fit, magna enim inveni spatia, hisce plantulis obcupata, non sibi nensis, sed distantibus longe, at non tam prope trunco, ut ex iis potuissent decidi, unde concluso, peculiarem esse *Phyllitim*, ex ipsa provenientem terra, altera quoque ipsi adstabat species, similis priori, excepto quod folia multo angustiora essent, & ipsæ plantæ multo minores.

Nomen. Latine *Phyllitis Amboinica*, *arborea*, & *terrestris*; Malaice *Sajor radja*; Amboinice *Nute* & *Noute*; Ternatice *Hange bange*; Javanice *Simbar* simpliciter.

Locus. Prima species nullibi reperitur nisi in talibus arboribus, quæ corticem habent muscosum, quales præsertim sunt *Saguerus*, & *Cinar*.

In

SES EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De Amboinsche Phyllitis.

DE Phyllitis heeft eenige schoone soorten in deze geesten, gelyk alle Vaaare geslagten, weelderiger, en grooter zyn in de Indische wildernissen dan in Europa. Van Phyllitis heb ik twee veranderingen aange merkt, en ik noem ze. 1. *Phyllitis arborea*. 2. *Phyllitis terrestris*.

I. *Phyllitis arborea* hangt met een dunne kruipende wortel aan de mosagtige schorze der bomen. Op deze staan somtyds drie en vier bladeren by malkanderen, somtyds enkeld, en schier zonder steelen, zoo dat het niet dan enkele bladeren vertoont, ieder blad is in 't gemeen drie of vier voeten lang, ses en zeven duimen breed, met een stompe spits in de midde, of na vooren toe breedt, van de wortel af met een smal begin zig allenkens uitbreiden de, aan de kanten wel ongekerft, dog na vooren toe makenze verscheide bogten en boesems, gelyk men ook sommige vindt by de spitzen in ronde lappen verdeelt, voorts stijf, als een gespanne leer, levend groen, glad, en blinkende, door de midde gaat een zeer dikke zenuwe, zwart agtig, en te weerzyde uitbuilende, die het blad uitgestrekt houdt, dog de jonge bladeren zyn omtrent de spitzen slup, witagtig, en moeskruidagtig van smaak.

Men vindt deze bladeren somtyds van monstreuze grootte, ses en acht voeten lang, en een span breed, met weinige bogten aan de kanten, die meest enkel hangen, in gedante van groote Switzerse flag-swaarden. Zy hebben geen dwersribben, maar subtile, digte, en parallel lopende adertjes, dwers uit de middenzenuwe, dog niet tot de kanten toegaande, en onder by den oorspronk lopen ze wat verward in krullen, daar ze ook zwartagtig schynen. De oude bladeren hebben omtrent de spitzen van onderen langs dezer ribbekens, rosse, en zandige streepen, die men afvryven kan.

De wortel kruipt niet verder dan de bladeren gaan, want buiten 't voorste blad ziet men een stukje van een halve vinger lang uitsteeken, gemeenelyk in twee hoofddekens verdeelt, wat dikker dan een schaft, die van *Dryopteris* gelyk, te weten van binnen uit den groenen, witagtig, met weinige zwarte adertjes. Zy is egter bros, ook zoeter van smaak, met het *Polypodium* over een komende, zy hangt ook veel wijter aan de bomen, en tusSEN de bladeren is ze zoodanig met vezels en mos bebangen, dat men ze niet bekennen kan. De vezelen zyn ros, en hebben korte einden of spitzen, gelyk het *Mos of Heide*.

II. *Phyllitis terrestris* verschilt niet veel in gedaante van de voorige, want de bladeren komen ook bykans zonder steelen voort, vyf en ses voeten lang, twee dwersbanden breed, zommige heel, zommige in ronde lappen verdeelt, maar deze hebben geen kruipende wortel, want ze staan in een opening, daar men een mosagtig hoofdziet uitbuilen, schier van enkel mos, of vezelingen gemaakt, behalven in de midden vindt men iets kruidagtigs, hard, en vol zwarte karakteren, voorts met ontelbare diergelyke vezelen in de aarde vast, want men vindt deze soortie niet aan de bomen, maar wel daar onder op de grond, in vlakte boschen.

Dog dewyl ik aan zommige bomen ook diergelyke vergaderinge gevonden hebben, zoo zoude men mogen gissen, dat het van de bomen afgevallen, en in de aarde geworteld was, 't welk mede niet zyn kan, want ik heb grote plaatzen aangetroffen, daar vele van deze struiken stonden niet aan malkanderen vast, maar wyd van malkander af, dog zoo digt niet by eenige stammen, dat ze daar van konden afgevallen zyn: waar uit ik dan bespeurde, dat het een byzondere *Phyllitis* moeste zyn, uit de aarde zelfs voortkomende, daar stond ook nog een andere soortie by, de naastgenoemde gelyk, behalven dat de bladeren veel smalder, en de struiken kleinder waren.

Naam. *Phyllitis Amboinica*, *Arborea*, & *Terrestris*; In 't Maleits *Sajor radja*; in 't Amboins *Nute* en *Noute*; op Ternaten *Hange hange*; in 't Javaans *Simbar*, bet enkele.

Plaats. De eerste soortie wast nieuwers dan aan zoodanige bomen, die een mosagtige schorze hebben, gelyk, insonderkeid den *Zaguer*, en *Kinar-boomen* zyn.

Dog

Fig. 1.





Fig. 3.



In altis vero silvis reperitur in cunctis arboribus, immo in talibus, quæ inferius corticem habent nudum, ac porro in quovis vetusto & putrido ligno, ut & in ramis & fruticulis in silvis projectis. Mangia ipsa ab hac non libera sunt, sed minor est, & in horto meo provenit sponte ex lamellato cortice *Bonga lacca* seu *Cypri*, uti & ex aliis variis fruticibus, vix pedem crassis.

Urus. Tenera & albantia folia, seu proprie ipsorum summitates incolis oleri sunt, cujus sapore quidam adeo delectantur, ut ipsi nomen dederint *Sajor radja*, h. e. *Olus regium*. Maxima folia vidi ab Indicis curatricibus electa, quorum medias costas planabant & inliniebant *Calappi oleo*, quæ supra ignem calefaciunt, & talibus hominibus in brachio adligabant, qui paralytici erant, & licet curatio tarde procederet, æger tamen adeo convalescet, ut tenere quid manu possit, ac sine dubio in integrum restitutus esset, si bonam observare voluissest diætam, quam maxime enim amabat potus calidos, & vera Arthritidi obnoxius erat, quam incolæ cum vulgari Paralysy confundunt. Alii quoque foliis utuntur minutim consueta, & cum *Calappi rasi* medulla mistis, quibus caput lavant, ut capilli crescant, subsequens vero *Scholopendria* melior est huic scopo.

Phyllitis descriptio & Figura ex *Bontio libr. 6. cap. 34.* cum nostra satis bene convenit, excepto quod dicat suam crescere Javæ juxta flumen, item radices ejus dulcescere instar *Polypodii*. Herba decocto usus fuit in *Dysenteria*, & *Cholerica* fluxione, sed mox deinde radici adscribit resolventem & separantem virtutem, tanquam utilem in Lienis obstrunctionibus, quartana, scorbuto, ac similibus morbis ex Melancholicis humoribus ortum ducentibus. Sal ex foliis Chemicæ arte preparatum, egregium erit remedium in ulceribus malignis, & pedum vulneribus inveteratis ad depurandum & curandum, quibus vitiis homines hisce in terris maxime obnoxii sunt.

Simbar majangan, seu *Tando russa*, elegans ac rara *Phyllitis* est species, tenui repente radice arboribus adfixa instar *Amboinensis*. Prima ejus folia parum erecta sunt, ac mox sese in longas dividunt lacinias fere instar subsequentis *Polypodii*, sed tam eleganter ordinata sunt, ut *Cornu cervi* referant, unde & nomen obtinuit. Sensim hæc folia orchiæ longitudinem adquirunt, & dependent.

Radix tempore crassitatem adquirit *Polypodii Amboinensis* medii, paucis ruffis pilis obducta. Javæ rariissime sponte provenit tam in arboribus quam rupibus magnis, quum vero ab ista natione tanti æstimetur, prope hominum ædes in quibusvis arboribus frugiferis plantatur, si abruptas plantas cum pauxillo cæni istis adligant arboribus, donec in ipsorum cortices radices fixerint. Magnates Javanenses magni eam æstimant, & sibi mutuo obferunt ad transplantandum, non modo ob elegantem ejus formam, sed etiam ob refrigerantes ejus virtutes, quas exercet in ferventibus corporibus. Hunc in finem folia eligunt tenera, quæ conterunt cum aqua, *Tamarindis*, & lamella *Cepæ*, quam filtrant & propinrant.

Notandum autem est, Javanos & Baleyenses *Cepæ rubræ* virtutem adscribere refrigerantem, & Allio calefacientem.

Eadem hæc *Phyllitis* in Java excreta, & a D. *Andrea Cleyero D. Jacobo Breynio missa prostat in hujus Centuria I. Cap. 99. sub nomine *Scolopendriæ Indiae Orientalis Muſæ facie.**

Tabula Trigesima septima

Ad Figuram primam *Phyllitim* exhibet arboream *Amboinicas*, cum qua convenit *Phyllitis* arboribus innascens, folio sinuato, tenuiori, rotundis pulverulentis maculis averfa parte punctato. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag. 14.* & *Polypodium* foliis linguæ *Cervinæ* majus *Plum. pag. 26. Tab. 38.*

Figura secunda *Phyllitim* denotat terrestrem.

Figura tertia *Scolopendriam* sicut, subsequenti Capite descripsit.

Dog in 't hooge woud vindt men 't aan allerhande bomen, ook aan zoodanige, die beneden een kale schors hebben, en voorts op allerhande oud en verrot bout, takken, en ruigten, die in 't bos leggen. De *Mangas*-bomen zyn 'er ook niet vry van, dog blyft kleinder, en in mynen tuin is het voortgekomen van zelfs, uit de schilferige schorze van *Bonga lacca* of *Ciprus*, als mede uit verfcheide andere struiken, die pas een been dik waren.

Gebruik. De jonge en wittige bladeren, of eigentlyk bunne eindens, zyn by de Inlanders een moeskruid, daar zommige zulken smaak in vinden, dat ze hem de naam van *Sajor radja*, dat is Koninks-moes gegeven hebben. De grootste bladeren heb ik de Indiaanse Meesteressen zien nemen, de middelste ribben plat schaven, met *Calappus*-olie besmeren, over 't vuur warm maken, en zoodanige perzonnen om de armen binden, die lam waren, en hoewel de cuure langzaam toeging, zoo kreeg den patient nogtans zulke beterchap, dat hy weder vatten konde, en zoude buiten twyffel volkommen genezen zyn, als by een goeden diaet badde willen houden, want hy was zeer tot beete dranken geneegen, en aan de volkome jigt vast, dewelke de Inlanders met de gemeene lammigheid vermengen. Anderen gebruiken de bladeren ook klein gesneeden, en met geraspte *Calappus*-pit gemengt, om het hoofd daarmede te wasjen, en het hair te doen groeien, dog de volgende *Scholopendria* is daar beter toe.

De beschryving en figuur van *Phyllitis* uit *Bontius Libr. 6. Cap. 34.* komt met de onse redelyk over een, behalven dat hy zegt, de zyne op Java langs de rivierkanten te groeien. Item dat zyne wortelen zoetagtig zyn, gelyk *Polypodium*. Het Decoctum van 't kruid heeft by gebruikt in *Dysenteria*, & *Cholerica* fluxione, dog straks daar op schryft by de wortelen ontdoenende, of scheidendre kragt toe, dienende in alle verstopbeden van de milt, quartana, scbeurbuik, en diergelyke gebreeken, uit melankolyke humeuren ontstaande. Het zout uit de bladeren door Chimische konst gemaakt, zal een voortreffelick ding zyn, om kwaadaardige ulcerationen, en gaten in de benen te zuiveren, en te genezen, waar mede de menschen bier te landen zeer gekweld zyn.

Simbar majangan, of *Tando russa* is een schoone en rare soorte van *Phyllitis*, met een dunne kruipende wortel aan de bomen hangende, gelyk de *Amboinse*. De eerste bladeren staan wat over eind, verdeelen zig straks in lange lappen, schier als 't voorgaande *Polypodium*, dog zoo aardig geschildert, dat ze een Herte-hoorn uitbeelden, waar van 't de naam heeft, met ter tyd werden deze bladeren wel een vadem lang, en hangen neerwaarts.

De wortel werd ook met ter tyd zoo dik als het middelbare *Amboinse Polypodium*, met weinige roffe bairen bedekt. Men vindt het op Java zeer zelden in 't wild, zoo wel op bomen als grote klippen, en dewyl het egter by die Natie in zoo groote acting is, zoo werd het by de woningen der mensen, op alderhande vrugtbomen geplant, als men de afgebroke struiken met een weinig slik op andere bomen bind, tot dat het in der zelver schorzen verwortelt. De Javaansche grooten agten 't veel, en zetten 't malkander by om te verplanten, niet alleen wegens zyne fraaje gedaante, maar veel meer wegens zyn verkoelende kragten, die het in verbitte ligbamen betoont. Hier toe nemen ze de bladeren, nog wat jong zyn, vryven dezelve met water, *Tamaryn*, en een schilfertje *Ajuin*, 't welk ze doorklinzen, en te drinken geven.

Waar by te noteeren staat, dat de Javanen en Balyers den rooden *Ajuin* een verkoelende, en den *Look* een verhitende kragt toeschryven.

Deze zelfde *Phyllitis* groeit op Java, en door de Heer Doctor Andreas Cleyer aan de Heer Jacob Breynius gezonden, ziet in zyn Cent. I. Cap. 99. onder de naam van *Scolopendriæ Indiae orientalis Muſæ facie.*

De seven en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur den *Amboinsche Boom-Phyllitis*, waar mede overeenkomt de *Phyllitis* op de bomen groeiende, met een bogtig dunder blad, met ronde stofagtige plekken op het agterste gedeelte der bladeren gespikkelt van *Sloan. Cat. pl. Jam. pag. 14.* en de groter *Polypodium* met het blad van de Hartstong van *Plum. pag. 26. Tab. 38.* De tweede Figuur wyft aan de *Phyllitis* op de aarde waſſende. De derde Figuur verbeeldt de *Scolopendriæ*, in het volgende Hoofdstuk beschreven.